

Et factum est cum consummasset omnia verba sua in aures plebis. intrauit capharnaum: centurionis autem cuiusdam seruus / et reliqua. Namque statim gentilis centurionis seruus domino curandus offertur. In quo populus nationum qui mundane seruitutis vinculis tenebatur eger letalibus passionibus beneficio domini sanandus exprimit. Quod autem moriturum dixit euangelista non fefellit. Moriturus enim erat: nisi fuisset sanatus a christo. Impleuit igitur preceptum caritate celesti: qui sic dilexit inimicos. ut morti euperet: atque ad perpetue spei salutis adscisceret. Quantum autem diuine humilitatis insigne. ut celestis dominus nequaquam se indignaretur centurionis seruulum visitare. Et lucet fides in operibus sed pro operatur humanitas in affectibus. Quod utique non ideo facebat: quia absens curare non poterat: sed ut formam tibi daret humilitatis imitande. Qua iuxta humilioribus duceret: ac superioribus deferendum. Demum alibi regulo dicit. vade filius tuus viuit. ut scias potentiam diuinitatis et humilitatis gratiam. Ibi noluit pergere: ne in reguli filio videretur: magis diuitijs detulisse. Adic ipse prexit: ne videretur in centurionis famulo: conditionem despexisse seruilem. Omnis enim seruus et liber in christo vnum sumus. Sed vide fidem prerogatiuam esse medicine. aduertere etiam in ipso populo gentili: perspicaciam esse misterij. Dominus pergit: excusat centurio. Militari que deposito timore reuerentiam sumit: et ad fidem facilis: et ad honorificentiam promptus. Et bene lucas etiam in occursum amicos dicit esse a centurione transmissos: ne presentia sua grauare domini verecundiam videretur: et officium officio prouocasse. Nec moraliter. Mistic autem que iudeorum populus crucifixi inuolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum / et quod ad fidem pertinet: sermone credidit. Hoc est non hominis sed dei potestate comitens dau a christo hominibus sanitatem. Quod vero ad misterium spectat. vidit in pectora adhuc gentilium non esse penetrabilem christum. Et ideo qui nec dum cogitationis preteute maculas abiisset grauau se magis domini putauit dignatione quam iuuau. Sic illa vidua sarephena indignam se propheticam iudicauit hospicio. Ideoque dominus: in vno isto fidem gentium profert et quidem si sic legas

In nullo tantam fidem inueni in israhel: simplex intellectus et facilis est. Sim vero iuxta grecos: nec in israhel tantam fidem inueni: fides huius etiam electioribus et deum videntibus antefertur. Videte autem oeconomiaz dominum pbatur fides domini: et serui sanitas roboratur. Potest ergo meritum domini: etiam famulis suffragari. Non solum fidei merito sed etiam studio discipline. Expectate etiam alteram oeconomiam dominice humilitatis: que non spondit operatur. Nam et si nondum imperauerat sanitatem: tamen serui qui missi fuerant sanum seculum repererunt

Quomodo appropriaret autem porte ciuitatis et ecce ferebatur defundus filius. vnicus matris sue. Et hec erat vidua / et turba multa cum illa: quam cum videret dominus. misericordia motus est / et dixit illi: noli flere / et accessit et tetigit loculum. Et hic locus ad vtraque redundat gratiam. ut et cito flecti diuinam misericordiam matris vidue lamentatione credamus. Cuius precipue que vnicum filij. vel labore: vel morte frangebatur. Cui tamen vidue grauitatis meritorum exequiarum turba conciliet / et hanc viduam populorum turba septam. plus videri esse quam feminam. que resurrectionem vnicum adolescentis filij suis lacrimis meruere impetrare. Eo quod sancta ecclesia populum iuniorum a pompa funeris: atque supremi sepulchri: suarum reuocet ad vitam contemplatione lacunarum. Que flere prohibetur eum: cui resurrectio debeat. Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis. Sed spem resurgendi habebat quia ferebatur in ligno. Quod et si nobis ante non preerat: tamen postea quam ihesus id tetigit. proficere cepit ad vitam. ut esset inuidio salutem populo per crucis patibulum resurgenda. Audito igitur dei verbo: steterunt acerbi illi funeris portitores: qui corpus humanum letali fluxu nature materialis vortebant. Quid enim aliud: nisi quasi in quodam feretro: hoc est supremi funeris instrumento iacemus exanimis cum vel ignis immodice cupiditatis exestuat. vel frigidus humor exundat. vel pigra quadam corporis habitu vigore hebeatur animorum. vel concreta noster spiritus labe pure lucis vacuus alit mentem. Ad sunt nostri funeris portitores. Sed quauis suprema

mortis spem vite omnis aboleuerunt / & tumulo proxima corpora iaceant de fundorum. verbo tamen dei iam mouitura resurgunt cadauera. vox redit: redditur filius matris: reuocatur a tumulo: expirit a sepulcro. Quis iste est tumulus tuus: nisi mali mores. *Tumulus tuus perfidia est. sepulchrum tuum guttur est. Sepulchrum enim patens est guttur eorum. vnde verba mortua profertur. Ab hoc sepulchro te liberat christus. ab hoc tumulo resurges si audias verbum domini. Et si graue peccatum est: quod penitentie lacrimis ipse lauare non possis. flet pro te mater ecclesia: que pro singulis tanquam pro vniuersis filiis vidua mater interuenit. Compatitur enim quodam spiritali dolore nature. cum suos liberos letalibus vicijs ad mortem cernit vergere. viscera sumus de visceribus eius. Sunt enim & spiritalia viscera. que habet paulus / dicens. Ita scater ego te fruor in domino. refice viscera mea in christo. Nos ergo viscera sumus ecclesie. quoniam membra sumus corporis eius. de carne eius / & de ossibus eius. Doleat igitur pia mater. assistat & turba non solum turba: sed etiam multa compatiatur bone parenti. Jam resurges in funere: iam liberaberis a sepulchro. Stabunt illi ministri tui funeris: incipies vitalia loqui. Annubunt omnes: vniuersi enim exemplo pluuim coruguntur. Laudabunt etiam deum: qui tanta nobis remedia vitande mortis inuolserit.*

Et conuocauit duos de discipulis suis Johannes / et misit ad dominum / dicens. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Non simplex intellectus: in simplicibus est verbis. Alioquin presentibus superiora compugnant. Quomodo enim Johannis quem in superioribus deo patre demonstrante cognouit. hic nescit: quomodo & ibi que ante nesciuit agnouit / & hic iam quem sciebat ignorat. Nesciebam inquit eum: sed qui misit me. baptizare ipse mihi dixit. Super quez visus spiritum descendente de celo. Et dicto credidit / & demonstratum agnouit / & baptizatum adorauit / & venientem prophetauit. Denique ego inquit vidi / & testimonium perhibui quomodo hic est electus dei. vnde ergo fieri posset. vt sic propheta tantus erraret. vt de quo dixerat: ecce qui tollit peccata mundi. Adhuc eum dei filium esse non crederet. Aut enim insolentie est

retubere diuina que nescias. Aut de dei filio dubitasse perfidia est. Non cadit igitur in talem prophetam tanti erroris suspicio. Itaque si intellectus simplicis forme compugnat. spiritalem queramus figuram / et quia supra iam diximus in Johanne typum esse legis que prenuncia fuit christi: recte lex que peccatoribus perfidorum tanquam eterna carceribus. lute vacuatis corporaliter tenebatur inclusa: quam viscera secunda penatum et fores amentie cohercerent: plenum exitum testimonij dominice dispensationis sine euangelij nequit ad stipulationem perfere. Prophetauit quidem lex in exodo baptismatis gratiam per nubem et mare. Spiritalem magno prenundauit escam: fontem perennem designauit in petra. Remissionem peccatorum in leuitico reuelauit. Regnum celorum annundauit in psalmis. Verberam repraesentationis in hiesu naue manifestissime declarauit. Ad eam omnia cum Johannis quoque congruunt testimonio. Sed tamen tyrannidis mundi istius potestatibus quo minus lucem dominice resurrectionis offunderet inclusa cohibetur. Mittit ergo suos discipulos ad christum Johannes. vt supplementum scientie consequantur: quia plenitudo legis christus est. vt quomodo notant plerumque dicta: sine factis / et factes plenior gestorum testimonibus quam verborum sponsonibus exhibetur. Que tunc in peccatoribus iudeorum velut obserata lege nutabat. Ipso spectaculo dominice crucis / et pleno resurrectionis testimonio panderet / et fortasse isti discipuli sunt duo populi: quorum vnus ex iudeis credidit: alter ex gentibus: qui ideo credidit quia audiuit. Voluerunt ergo isti videre propter illud: vultu autem beati oculi qui vident / et aures vestre que audiunt. Sed etiam nos vidimus in Johanne: oculis nostris perspeximus in apostolis / et manibus nostris perscrutati sumus in thome digitis. Quod enim erat ab initio: quod audiimus / et quod vidimus oculis nostris perspeximus / et manus nostre scrutate sunt de verbo vite / et vita apparuit nobis. Quando apparuit: quando vidimus. Non sic apparebat antequam videretur: gratias ergo domino

qui crucifixus est pro fide nostra: crucifixus pro cupiditatibus nostris. Mens mea in illo crucifixa est. Itaque et nunc qui vetus testamentum recenserit antequam cognoscant euangelium / et quasi quedam dominia corporis vestigia legant. venturum putant et requirunt utrum ipse sit christus dei filius qui venturus est. Et cum legunt quando cum abraham locutus est. vel quando se ducem militiae celestis ostendit. Dicunt utique tu es qui venturus es an alium expectamus. Cum autem venerint ad euangelium / et cognoverint illuminari cecos / et ambulare claudos. audire surdos. mundos datos esse leprosos: mortuos resurrexisse. Tunc dicunt. vidimus eum et oculis nostris perspeximus / et in vestigia clavorum eius digitos nostros inseruimus. videtur enim nobis vidisse quem legitimus. spectasse pendentem / et vulnera eius spiritu ecclesie scrutante temptasse. Si enim digito dei eijciuntur demonia. fides quoque digito ecclesie reperitur. Aut fortasse in parte quadam operatorem corporis nostri. Omnes videmus inuestigasse dominice se uem passionis. Fides enim per paucos ad plures peruenit. Lex ergo christum venturum annunciat. euangelij scriptura uenisse confirmat. Nonnulli etiam de ipso iohanne sic intelligunt: magnum quidam prophetam. Ita ut christum agnoscerent. annuncaret remissionem peccatorum futuram. Sed tamen non tanquam dubium: sed tanquam pium uatem: quem venturum crederant non credidisse mortuum. Non igitur fide: sed pietate dubitauit. Dubitauit et petrus dicens: propicius esto domine non fiat hoc. Ille fidei princeps: cui se christus: nondum dei filium dixerat / et tamen ille crederat de morte christi: nec christo crederat. pietatis affectus non in deuotionis est lapsus. Denique alibi lauauit sibi pedes recusat. ubi misterium non agnoscat dum dominico grauatur obsequio. Ergo mortuum christum: nec sancti crederunt. Quod enim oculus non uidit: nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit hoc preparauit deus diligentibus eum. Religiosos itaque lapsus amoris. fidem non impedit. Denique dominus. sciens neminem sine euangelio plene posse credere. Quia sicut fides a ueteri incipit testamento: ita impletur in nouo. Interrogatus de se non uerbo aliquo sed factis se esse signauit. ita inquit annunciate Iohanni que uidetis / et auditis: ceci uident.

claudi ambulant: surdi audiunt: leprosi mundantur: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Plenum sane testimonium: quod dominum propheta cognosceret. De ipso enim non de alio fuerat prophetatum: quia dominus dat escam esurientibus. Dominus eriget elisos. dominus soluet compeditos. dominus illuminat cecos: dominus diligit iustos. Dominus custodiat aduenas: orphanum et uiduam suscipiet / et uiam peccatorum exterminabit. Quis ista inquit faciet. regnauit dominus in eternum. Ergo non humane ista: sed diuine uirtutis insignia sunt. Cecis perpetue tenebras noctis aperire: defossorumque oculorum vulnera infusa luce sanare: auditum insinuare surdorum. Laxatis soluta membra reformare compagibus. in luce quoque refuso vigore: uiuendi reuocare defunctos. haec ante euangelium. uel rara. uel nulla. Receperunt Tobias oculos: unus est in exemplo / et tamen angeli fuit illa medicina non hominis. Delias mortuum suscitauerunt. Ille tamen rogauit et fleuit: hic iussit. Deliseus leprosum mundari fecerunt: non tamen illic ualuit precepti auctoritas: sed figura misterij. Non defecerunt ad escam uidue esurentis prophetis: sed multiplicans fauna preceptis. unam tamen uiduam fauna illa. uel potius eadem quoque sacramenti species prefigurata seruauit. Sed tamen parua adhuc ista dominice testificationis exempla sunt: plenitudo fidei crux domini. obitus sepultura est: et ideo cum illa superiora dixisset addidit.

Beatus inquit qui non in me fuit scandalizatus: crux enim etiam electis scandalum posset afferre: Sed nullum hoc maius diuine persone est testimonium. nihil est quod magis esse ultra humana uideatur: quam ut toto unum se obtulisse. pro mundo hoc uel solo plene dominus declaratur. Denique sic designatus est a Iohanne. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Verum hoc non duobus illis uiribus Iohannis discipulis: sed nobis responderetur omnibus. ut ita credamus in christum si facta conueniunt. ueniet enim qui hoc sibi nomen usurpet: quem licet non nimis non queas appellatione fecerit. factorum tamen consideratione discernas.

Quid existis in desertum videre harundinem vento moueri. ubi premonuit discipulos iohannis in cruce dominicam esse credendum. redeuntibus illis conuersus ad turbas. cepit ad virtutē pauperes prouocare. Ne exaltati corde: mente instabiles: consilio infirmi: speciosa vtilibus: eternis caduca preferrent. Sed humili spiritu crucem potius tollerent quam saleras mundi huius extollerent. Et quasi beati pauperes qui nihil haberent seculi quod amitterent. libenter corporis vitam cum immortalis gloria commutarent. Non odose igitur sancti iohannis hic persona laudatur: qui vite amore post habitum iusticie formam nec mortis terrore mutauit. Quid inquit existis in desertum videre: deserto. mundus hic comparari videtur. Ad huc incultus: adhuc sterilis: adhuc infecundus. In quem negat nobis ita dominus prodeuntium. ut mente carnis inflatos. vacuosque virtutis interne viros et fragiles. se glorie secularis sublimitate iactantes. pro exemplari quodam et ymagine nobis putamus imitandos quos procellis mundi huius obnoxios vite mobilis inquietat. Iure harundinem comparandos in quibus solide iusticie nullus est fructus: qui forensibus emittit saleras nodis obfisi. vacuorum strepitus sonorum: nulla sui vtilitate frequentiam etiam offensione intus mania. fons speciosa sedantur. Harundines sumus: nulla validioris nature radice fundati. Et si leuis aspiraueit prosperus aura successus. vago motu proximos verberamus: in opes ad suffragandum: faciles ad nocendum. Harundines fluuios amant: et nos cadentia mundi: et labentia delectant. Tamen hanc harundinem si quis de terre euellat plantarijs et superfluis exuat. Expolians veterem hominem cum adibus eius et scube velociter scubentis. manu temperet. incipit non harundo esse: sed calamus. Qui precepta celestium scripturarum penetrabilibus mentis imprimat. tabulis cordis inscripta. De quo calamo habes dictum. Lingua mea calamus scube velociter scubentis. quod ad christum alij referre volunt. vno igitur loco et verbum: et calamus legitur: et scuba: verbum: quia de genitali patris processit archano. Erudauit cor meum verbum bonum. Calamus: quia caro christi paterne seueri voluntatis expressit et lingue mandata: diuine sacre effusione cruoris impleuit. Scuba: quia calamo suo indiuidua quodam distinctione noui et veteris

testamenti. vel diuinitatis et carnis. paterne nobis dispositionis misteria reuelauit. Hunc calamum imitare tue carnis temperamento: et calamum tuum: hoc est carnem tuam lingue non attramento: sed spiritu dei viui. ut quod scubis. eternum sit. Tali calamo paulus illam epistola nostra vos estis inscripta non attramento: sed spiritu dei viui. Ungue carnem tuam in christi sanguine sicut scriptum est. ut linguatur pes tuus in sanguine. Et tu ergo vestigium animi tui et mentis incessum. indubitata confessione dominice cruce lingue. Unguis carnem tuam in christi sanguine. si vicia diluas. peccata detergas. Mortem christi in tua carne circumferas. sicut apostolus docuit. dicens. mortificationem hiesu christu in corpore nostro circumferentes. Noli ad terrena inflecti: ne harundinem tuam frangas: et ideo de christo quia non erat ad terrena curuandus prophetatum est harundinem quassatam non confunget. Quomodo carnem quam peccata quassauerat resurrectionis virtute solidauit. Bona harundo caro christi: que serpentis dyaboli caput: et mundane cupiditatis illecebras. patibulo cruce affixit

Sed quid existis in desertum videre harundinem vento moueri. Quid existis videre hominem mollioribus vestibus indutum. Non hic domini sermo de vestibus quamquam plerisque mollioribus cura vestis effeminet. Qui quasi lanonius ferre non possunt seucas vestes. tedis per terram verrent vestigijs. vsque faciunt ut amicus oneri sit. Sed tamen alia videtur hic indumenta signare. Et nisi fallor humana corpora. quibus anima nostra vestitur. Demique et ioseph tunica ad speciem dominici corporis cruentata est: et apostolicus illud exuens se carnem principatus et potestates omnes traduxit. Quid aliud ostendit: nisi vice monumenti corpus fuisse. Quo se ita expoliavit dominus in passione. ut diuinitas libera immunisque maneret inuicta. Totus igitur hic locus. exemplo nos prophético. ad virtutem subeunde passionis hortatur. Demique addidit: ecce qui in veste preciosa sunt. in domibus regum sunt. Sunt etiam mollia indumenta delitiosior actus et mores. propter quod hortatur apostolus nos. ut expolians veterem hominem cum adibus eius.



inouamus nouum. In quo non dulcis illecebra sit ludusque lasci-
ue: sed usus laboris et fructus. Eo quod reuera corporis cura.
luxusque et lasciuarum cupiditate mollitos: nequaquam celestis aula
suscipiat. ad quam diuis laboriose gradibus virtutis ascenditur.
Adi vero quibus fluuida delitij membra soluantur. regni cele-
stis extorres. mira mundi huius habitacula consenscunt. Quos
rectores huius mundi atque tenebrarum. Adi sunt enim reges qui
seculari quadam potestate dominant suorum emulos operum rece-
perunt

Sed quid existis videre prophetam. utique dico vobis
plusquam prophetam. Adic est de quo scriptum est. Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui pre-
parauit viam tuam ante te. Quomodo igitur in deserto iohan-
nem videre cupiebant: qui erat clausus in carcere. Quem nobis
dominus proponit imitandum qui viam domino. non solum nas-
cendi secundum carnem ordome. sed etiam precu-
su quodam gloriose parauerit passionis. Maior sane propheta
in quo finis est prophetarum. Maior propheta quia multi cupi-
erunt videre quem iste prophetauit. quem iste conspexit: quem
iste baptizauit. Sed tamen nunquid et illo maior de quo moy-
ses dixit: quia prophetam vobis suscitauit dominus deus noster.
De quo dixit: erit autem omnis anima que non audierit. pro-
phetam illum. exterminabitur de plebe. Si igitur christus pro-
pheta: quomodo maior hic omnibus. Nunquid christum pro-
phetam negamus: imo et dominum prophetam assero: et huc om-
nibus esse maiorem. Sed inter mulieres non virginis natos. mai-
or enim fuit his: quibus equalis esse poterat sorte nascendi. alia
ista natura est: nec cum humanis generationibus comparanda.
Non potest homini cum deo vlla esse collatio: suis enim quisque
preferitur. Denique eo usque cum dei filio non poterat. iohannis esse
vlla collatio. ut et infra angelus estimetur

Nam qui minor inquit est in regno celorum: maior est eo
Ecce enim quoniam angelum dixerat: hominibus iure pre-
latus est: et quia inter natos mulierum potiore decla-
rauerat. tunc addidit. Nam qui minor est in regno celorum: mai-
or est eo. ut angelus sciret esse credendum. Merito autem iohan-
nes suis preferitur equalibus. a cuius diebus regnum celorum

cogitur. Que subobscura videtur esse locutio: et ideo eam de alio
libro euangelij putauimus diuandam. Nam si literam se-
quamus: utique inferior a potiore cogitur. Regnum autem celi pre-
stat humanis. sed cum sint aliqua que cogendo deserui feruntur:
non est absurdum quia cogitur regnum: quando pluuibus fre-
quentatur cogentesque diuipiunt illud. Si repetimus dominicum
illud quod scriptum est. dicente filio dei. regnum dei intra vos est
Aduertimus in nobis regnum ecclesie solidari. cum christus explo-
so mundani principis regno. fugatisque delicijs secularibus: intra
nostrorum secreta regnat animorum. Vis igitur menti afferre
humane / que diuersis illecebris delimita laborem fugit / volupta-
tem expetit. Cum vel metu supplicij coherita: vel premio prouo-
cata: vincere se ipsa sentitur. et tanquam exalatis laboribus / palmam
que sibi pluuibus aduersantibus subtraheretur eupere contem-
dit. Rapimus enim ex hoc mundo palmam salutis: et quasi excu-
bantibus obsessos serpentibus / fructus periculi labore decerpi-
mus. ita tamen ut non furtiua sublatio sed direptio triumphalis
sit. Est et aliud direptionis genus quando alijs oblata diuipiuntur
Qui sunt igitur raptores isti non laboramus intelligere. Cum
de beniamin lupi rapaces genere nos manere nouerimus. Pre-
cesserat iohannes ut iustificaret populum iudeorum. Ipse domi-
nus venerat ad oues perditas domus israel. apostolus destinaue-
rat. Ut fidem populi iudeorum vel disputatione vel signis mira-
culisque fundaret. Sed cum illi munera sibi oblata defugerent pu-
blici et peccatores in deum credere / in fidem coire ceperunt.
In his igitur apostolica predicatione regnum celorum cogitur
et fidelis populi aspiratione solidatur. Diuipit regnum illa que flu-
xu sanguinis laborabat. Nam cum dominus ad filiam principis
synagoge tenderet: furtiuo quodam tactu sanitatis remedium pre-
libauit. Diuipit regnum illa chananea que a sibus suis egressa
clamabat dicens. Misere mei domine fili dauid: filia mea male
a demomo vexatur: vere hec regnum coegit: peritiam in precibus:
sapiens in responsis: fidelis in verbis. Pretereuntem reuocat:
tacentem rogat: excusantem adorat: negantem inclinat. Nonne
tibi videtur eupere cum dicet quod negatur: preuipere quod alijs
reseruatur. Negauerat enim dominus panem filiorum dau camibus
opertere. At illa consensit et consentiendo diuipit dicens. utique
domine. nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa domino

fuorum. Didisti quemadmodum regnum celeste rapiatur. Cogamus igitur et nos diuipiamus illud. Nemo enim nisi festinans pasca manducat. Sed que est ista que rapit regnum non improbitas non lasciuia non voluptas: sed illa de qua dicitur. magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Ecce rapuit que quod voluit impe-
travit: quod rogauit extorsit. Rapuit et vidua illa que frequen-
ter orando si non propter innocentiam saltem propter importunitatem
ut exaudiatur extorquet. Rapuit igitur ecclesia a synagoga re-
gnum: regnum meum xps est. Rapio illum iudeis missum sub le-
ge: natum sub lege: nutritum iuxta legem: ut me qui eram sine le-
ge seruatet. Rapitur xps cum alijs promittitur: alijs predesti-
natur. Rapitur xps cum alijs nascitur: alijs suffragatur. Rapit
custus cum ab alijs occiditur: sepelitur a nobis. Rapitur in sidi-
antibus: rapitur dormientibus. habes ubi ipsi confessi sunt nos ra-
puisse se dormisse. Dicentes. dicit quia discipuli eius nocte vene-
runt et furati sunt cum nobis dormientibus. Surge igitur qui dor-
mis: ne et tu cum dormis xpm amittas. surge qui dormis et exur-
ge a mortuis. Dices mortuos esse qui dormiunt. et ideo non inui-
demus alijs sed pudemus nobis. Non enim mortui poterant ser-
uare uiuentem. Exurgant vel sero qui dormierunt etiam qui cu-
stum potuerunt. Non sic amittitur xps ut non reperiatur si tñ re-
quiratur. Sed vigilantibus regreditur et exurgentibus presto
est. Immo omnibus adest qui ubique semper est: quia cōplet omnia
Nulli enim deficit: nos deficiamus. nulli inquam deficit: supabundat
omnibus. Supabundat enim peccatū ut supabundaret gratia.
gratia xps est. vita xps est et xps resurrectio est. Qui surgit igitur
inuenit esse presentem. Rapitur ergo regnum celorum cum xps
a domesticis denegatur: a gentilibus adoratur. Rapitur cum ab
illis repudiatur. colitur a nobis. Rapitur cum per hereditatem non
agnoscatur: per adoptionem acquiritur.

E omnia populus audiens et publicani iustificauerunt
deū baptisati baptismo iohis. pharisei autē et legis piti
consiliū dei sperauerūt in se non baptisati ab eo. Aperuit
sacerdos lucas specialibus additis que quasi generalibus sancti matthei sub
obscurū reliquit. Ille enim ait et iustificata est sapientia a filiis suis. pri-
mū quod sit illa sapientia hic videmus expressum. At enim iustificauerunt deū
Deus ergo sapientia est: quia sapientia dei filius est. Sapientia per naturam
non per profectū. Alia est sapientia dei patris vetus. alia sapientia vetus anime

illa nata est hec creata. Alia est sapientia auctoris operum: alia opus
Opus enim mentis / sapere prudenter / sentire viuaciter hec dona
nature sunt. Operator autē non creature sed creator: hoc est non
nature munus sed munerator nature. Iustificatur igitur deus
ipse per baptismum: dum se homines peccata propria confitendo
iustificat. Sicut scriptum est. dic tu iniquitates tuas ut iustifi-
ceris. Et iustificetur in eo: quia non per contumaciam refutatur:
sed per iusticiam dei munus agnoscitur. Iustus enim dominus et iu-
sticias dilexit. In eo ergo iustificatio dei est / si non ad indignos
et ad noxios sed ad innocentes per ablutionem factos: videatur et iu-
stos sua munera transtulisse. Iustificemur igitur dominum ut iustifi-
cemur a domino. Quid sit iustificauimus deū impensius requiramus.
Apostolus dicit. sit autē deus verax: omnis autē homo mendax.
Sicut scriptum est. ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum
iudicaueris. Ipse dauid quoque dicit. Tibi soli peccaui et malū cor-
ram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudica-
ris. Ergo is qui peccat et confitetur deo peccatum iustificat deum
cedens ei vincti: et ab eo gratiam sperans in baptismo. Igitur
iustificatur deus in quo est confessio et veritas peccatorum. Non con-
temnamus igitur sicut pharisei consilium dei: consilium dei esse in
baptismo iohannis. Quis igitur dubitet dei esse consiliū in christi la-
uacro? Hoc est consilium quod magni consilij angelus repperit
quod nemo cognouit. Quis enim cognouit sensum domini. homi-
nis consilium nemo contemnit. Dei consiliū quis refutet. Ergo
quasi filij matrem iustificemus: matrem sequamur. Scimus quia
mater pro filiis se offert periculo matris sapientie consilio / matris
obediamus imperio.

Q uantauimus vobis et non saltastis: lamentauimus et non
plorastis. Et si non incongrue hec puerorum videantur esse
persone qui leuem corporis motum imprudentia adhuc
maturois grauitatis expercent / tamen ad altiore sensum refer-
ri posse presumo. Eorum videantur iudei nec psalmis primo: nec
tremis postea prophetis credidisse. psalmis ad premia puocati.
tremis ab errore reuocati. Cantauit dauid ut in fallibus nostra su-
spenderem organa. Cantauit ipse et ante archam domini non pro
lasciuia sed pro religione. Saltauit ergo non hystuomias motibus
sinuati corporis saltus: sed impigre mentis et religiosa corporis agili-
tas designatur. Sed non in triumphis: non in excoijs iudeorum

secuta correctio: qui diuine indulgentie muneribus prouocati la-
uare mentem: corpus at tollere: terrena deserere: celestia quere-
re debuerunt. Et iniurijs captiuitatis attriti deslere peccatum:
q̄ culpa esset auctor iniurie.

Iustificata est ergo sapientia ab omnibus filijs suis. be-
ne ab omnibus quia circa omnes iusticia resezuat ut
susceptio fiat fidelium: reiectio perfidorum. Unde plerū-
q̄ greci sic habent. iustificata est sapientia ab omnibus operibus
suis. Qd̄ opus iusticie sit circa vniuscuiusq̄ meritū seruate men-
suram. Bene ergo dicit cantauimus vobis & non saltastis. Can-
tauit ergo moyses quando in mari rubro ad transitum iudeorū
fluctus obruigit. Unda circumstetit: eademq̄ equos egyptiorum
ascensoresq̄ refusa dimersit. Cantauit Ysaïas dilectæ vinee sue
canticum. significans asperam flagicij fore plebem: que fecundis
prius erat virtutibus fructuosa. Cantauerunt hebrei cum vesti-
gia eorum tactu flāne rozantis humescerent: & intus extrax̄ ar-
dentibus omnibus: solos tamen ignis innoxius lamberet nec ad-
ureret. Abacuc quoq̄ cantico publicam datus mulcere mestici-
am p̄phetauit: dulcem fore fidelibus passionem. Cantauerūt ergo
p̄phete spiritalibus modulis: publice salutis oracula resultan-
tes. Sauerunt p̄phete tremis flebilibus dura iudeorum corda
mulcentes. Docuit nos scriptura cantare grauit̄: psallere spi-
ritaliter. Docuit etiam saltare sapienter: dicente dño ad ezechi-
el. plauda manu & p̄cute pede. Neq̄ enim hystuomicos fluxi cor-
poris motus: deus morum censor exigeret. aut indecoros strepi-
tus uris: plaususq̄ femineos imperaret. ut tantum p̄phetam de-
duceret ad ludibria scenicoz & mollia feminatum. Non cōgru-
unt resurrectionis reuelata misteria & obprobria saltationis exa-
cta. Est sane: est quidam proprius bonorum actuum: factorum
q̄ plausus. cuius sonus in orbem exeat: & bene gestorum resul-
tet gloria. Est honesta saltatio. qua dupudiat animus: & bonis
corpus operibus eleuatur: quando in sallidibus organa nostra
suspendimus. Tubetur ergo p̄pheta plaudere manu: et p̄cu-
tere pede. Tubetur psallere. quia sponsi nuptias iam videbat:
in quibus desponsatur ecclesia crustus adaniatur. et bone nu-
ptie quando verbo anima spiritui caro nubit. In-

In his p̄pheta dauid ludere nos nuptijs voluit: ad has inuitauit
quia suos posteros copulabat. et ideo letior q̄ ceteri quasi in ipso
actu positus nuptiarum. nos ad celebratatem festi muneris adhor-
tatur dicens. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob.
Sumite psalmum & date tympanum psalterium iocundum cum
cithara. Nonne actum quendam p̄phete saltantis aduertis? De-
niq̄ alibi. psallam tibi deus in cythara sanctus israhel. Gaudebūt
labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti. Au-
dis citharantium voces? audis saltantium strepitus? Nuptias
crede: sume & tu citharam: ut pulsata spūs plectro interuoz cor-
da venarum: boni operis sonum reddat. Sume & psalterium ut
armonia didorum factorumq̄ tuoz conānat. Sume & tympa-
num ut organum tui corporis spiritus moduletur interuo: facilis
q̄ operantibus: dulcis morum tuoz suauitas exprimat. Sic
psallebat p̄pheta cum diceret. veni huc a lybano sponsa: veni
huc a libano. Hoc canticuz cednerunt pueri nec auditi sunt. quē
puerū de quibus dicit. Ecce ego & pueri quos mihi dediti. Sed
hoc canticum non in foro: non in plateis canebatur sed in hieru-
salem. Ipsa est dominicum forum: in quo p̄ceptorum celestis-
um iura conduntur.

Ecce mulier que erat in diuitate peccatorum. Hoc loco
plerūq̄ pati videntur scrupulū. serere questiones. vtz
nam vixantur euangeliste duo discordasse de fide. an
vero aliquam in didorum diuersitate diuersitatez signare voluit
se misterij? Habes enim in euāgelio s̄m mathæum. quia hiesus
cum venisset in bethaniā in domum symonis leprosi: accessit ad
eum mulier habens alabastrum vngenti preciosi: & recumbente il-
lo fudit super caput eius. Deinde iste phariseus intra se dicit. q̄
si esset p̄pheta sciret peccatorem & vngentum eius vitare deberet
Illic vnguento effuso discipuli conqueruntur. Otrunḡ igitur
explicandum est. sed ante qd̄ scripturarum ordine prius est: p̄o-
rem quoq̄ ordinem interpretationis accipiat. Venit ergo dñs
hiesus in domū symonis leprosi. Apparet & onomimia q̄ lepro-
sum non refugit: non vitat immundum ut maculas humani cor-
poris possit abolere. Domus autem leprosi erat in bethaniā: per
interpretationem domus obedientie dicitur. Omnis igitur loc⁹
bethaniā. portio autem totius loci domus symonis. Nonne tibi

videtur bethania mundus hic esse: in quo seruitij obedientis debemus obsequium. Domus autem symonis leprosi terra esse que mundi portio est. Princeps autem seculi huius quidam leprosus est symon. Ergo dominus iesus xpus ex illis superioribus locis venit in hunc mundum & descendit in terram. Non erat in hoc mundo: sed obediēte pietate missus est in hunc mundum. Audiuit ergo mulier ista venisse custum / intrauit in domum symonis. Neque enim sanari potuisset hęc mulier / nisi custus venisset in terram. et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domum symonis q̄ specie odoris habeat superius anime: scz vel ecclesie que descendit in terram: ut bono odore sibi populum congregaret. Hanc ergo mulierem mouit sanctus matheus supra caput xpi effundentem unguentum: & ideo forte noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix s̄m Lucam supra custi pedes effudit unguentum. Potest ergo non eadez esse ne sibi contrarium euangeliste dixisse videantur. Potest etiam questio menti et temporis diuersitate dissolui ut adhuc illa peccatrix sit: iam ista perfectior. Et si enim non personam mutat ecclesia vel anima: tamen mutat perfectum. Itaqz si constituas animam fideliter appropinquantem deo non peccatis turpibus et obscenis: sed pie seruientem dei verbo: habentem immaculate frouiam castitatis. aduertis q̄ ad ipsum custi asendat caput. Caput autem custi deus est. Et odorem meritorum spargit suorum. xpi enim bonus odor sumus deo. Deum quippe honorat. bonum fragrans odorem vita iustorum. Si hęc intelligas videbis hanc feminam: videbis plane beatam. Obicunqz predicatum fuerit hoc euangelium nominari. nec eius unquam exolescere memouam. eo quod super caput custi bonorum fragrantiam morum: iustorumqz factorum effudit unguentum. Qui accedit ad caput / nescit extolli. Sicut ille frustra inflatus mente carnis sue et non tenens caput. Sed qui caput non tenet custi vel pedes teneat. Quia corpus unum copulatum et subministratum: crescit in augmentum dei. Altera est illa vel persona altera vel profectus. que p̄p̄nqua nobis est. Nondu enim peccatis nostris renūciamus. vbi sunt nr̄e lacrie: vbi gemitus vbi fletus

Venite adoremus & adoramus ante eum: & ploremus ante deum qui fecit nos ut saltem ad pedes iesu venire possimus. Nondu enim possumus: quia peccator: ad pedes iustus ad caput. habet tamen et q̄ peccauit unguentum. Defec mihi et tu post peccata penitentiaz. Quocunqz vel in domum moysi vel in domum pharausi audieris iustum venisse: contende precepere hospitis gratiam. p̄p̄ regnum celorum. In diebus enim iohannis baptiste regnum celorum cogitur & cogentes diripiunt illud. Obicunqz audieris xpi nomen occurrere: in cuiuscunqz interiorez domum iesum intrasse cognoueris & tu ipse festina. Cum repereris sapientiam. cum repereris iusticiam in alicuius penetralibus recumbentem adurre ad pedes. hoc est vel extremam partem quere sapientie. noli fastidire pedes. s̄mbuam illa tetigit & sanata est. Lacrimis confitere delicta. dicat de te q̄qz iusticia illa celestis. lacrimis suis uigauit pedes meos & capillis suis terxit. & fortasse ideo non lauit pedes suos xps ut eos lacrimis nos lauemus. Bone lacume que n̄ solum nostrum possunt lauare delictum: sed etiam verbi celestis uigare vestigium: ut gressus in nobis eius exuberent. Bone lacume in quibus non solum redemptio peccatorum sed etiam redemptio est iustorum. Iusti enim vox est. fuerunt mihi lacume mee panes die ac nocte. Et si ad caput xpi accedere non potes: tangat pedibus suis caput tuum xpus. Et s̄mbua curat eius. & pedes curant. Expandę capillos. sterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli sunt qui possunt tergere pedes xpi. Testatur hoc ille qui quandiu capillos habuit vincti nequiuit. Deniqz & mulierem decaluatam orare non decet. Da beat plane capillos quibus xpi circumuolat vestigia: quibus succum pulchritudinis & decus sapientie pedes tergat. ut extremo saltem diuine rore virtutis humescant: figat iusticie pedibus oscula sua. Non mediocres hęc menti est de qua potest dicere sapientia. ex quo intraui non cessant osculau pedes meos. ut aliud mihi sapientiam loqui nesciat. ut aliud mihi iusticiam diligere nesciat. ut aliud mihi castitatem libare nesciat. ut aliud mihi pudiciam osculau nesciat. Osculum enim mutui amoris indicium est. osculum pignus est caritatis. Beatus qui potest & oleo ungere pedes xpi. Deniqz adhuc symon non unxerat: sed beator que unxit ungento. Multorum enim florum in unum collecta gratia

spargit odorum varias suauitates. Et fortasse istud ungentum non possit alius nisi ecclesia sola deferre: que diuersi spiraminis innumerabiles habet flores. Que merito speciem accepit peccatus: quia xpus quoque formam peccatoris accepit. Et ideo nemo tantū potest diligere quantū illa que in pluribus diligit. Nec petrus ipse qui dixit: Domine tu nosti quia diligo te. Nec petrus ipse qui doluit quia interrogatus est: amas me. Quod enim manifestum erat: nolebat quasi incognitum queri. Ergo nec petrus ipse quia ecclesiam dilexit in petro. Nec paulus ipse quia paulus quoque est eius portio. Et tu plurimum dilige. ut et tibi dimittatur plurimum. Multum peccauit Paulus: qui etiam persecutor fuit: Sed multum dilexit qui usque ad martirium perseuerauerit. Remissa sunt ei peccata multa: quia et ipse multum dilexit: qui sanguini proprio pro dei nomine non peperit. Video economiam in domo phausei peccatorum glorificatur: in domo legis et prophete non phauseus sed ecclesia iustificatur. Phauseus enim non credidit ista credebat. Demum ille dicebat: si esset propheta sciret utique que et qualis esset mulier que tangit eum. Domus autem legis iudea: que non in lapidibus scubitur: sed in tabulis cordis. in hac iustificatur ecclesia: iam lege maior. Lex enim peccatorum nescit remissionem. lex misterium non habet quo occulta mundantur: Et ideo quod in lege minus est: consumatur in euangelio.

Duo inquit debitores erant cuidam feneratori. vnus debebat denarios quingentos: alius quinquaginta. qui sunt isti debitores duo: nisi populi duo. vnus ex iudeis: alter ex gentibus. Feneratori illi thesauri celestis obnoxij: vnus inquit debebat denarios quingentos: alius quinquaginta. Non mediocis est iste denarius: in quo regis ymago formatur: qui trophæum habet imperatoris expressum. Non materiale feneratori huic debemus pecuniam: sed meritorum examinare et virtutum. Quorum meritum grauitatis pondere: iusticie specie: sono confessionis expenditur. Ne mihi si non habuero quod accepi

aut quia difficile quisque est qui feneratori huic integrum debitum possit exoluere. Ne mihi si non petiero concede mihi debitum. Non enim nos ita dominus orare docuisset ut peteremus: dimitte nobis nostra debita: nisi sciret difficile aliquos fore idoneos debitores. Sed quis est populus iste qui amplius debet nisi nos quibus amplius creditum est. Illis credita sunt eloquia dei: nobis creditur partus virginis. Dabes talentum virginis partum: habes fidei centesimum fructum. Creditus est emanuel nobiscum deus: credita domini crux: mors: resurrectio. Et si xpus pro omnibus mortuus est pro nobis tamen specialiter passus est: quia pro ecclesia passus est. Itaque non est dubium quod plus debeat qui plus accepit. Et secundum hominem plus fortasse offendit qui plus debuerat. Sed per misericordiam domini causa mutatur ut amplius diligat qui amplius debuit si tamen gratia consequatur. Gratiam enim et qui reddi debet et qui debet in eo ipso quod debet soluit. Nam et reddendo debetur et habendo redditur. Et ideo quoniam nihil est quod digne deo referre possimus. Quid enim referamus pro suscepto carnis iniuria. Quid pro verberibus. quid pro cruce: obitu: sepultura. Ne mihi si non dilexero. Nuncio dicere. non reddidit petrus et ideo plus dilexit. Non reddidit paulus. reddidit quidem mortem pro morte. Sed alia non reddidit quia multa debebat. Audi ipsum dicentem quia non reddidit. Quis prior dedit illi et retribuatur ei. Reddamus licet crucem pro cruce: funus pro funere. nunquid reddimus quod ex ipso et per ipsum et in ipso habemus omnia. Reddamus ergo amorem pro debito: caritatem pro munere: gratiam pro sanguinis pretio. Non enim diligit cui donatur amplius. Sed reuertamur ad illam superiorē cuius consilium adhuc nec apostoli intelligunt quod erat absconditum a seculis in domino. Quis enim cognouit sensum domini. Conquerebantur ergo discipuli quia mulier super caput effudit ungentum et querebantur dicentes. Quare hoc sic petijt: potuit enim venundari pretio et dari pauperibus. Quid utique in eorum sermonibus displicuit non potest deprehendere nisi misterium intelligas. Luxuosi hominis enim vel potius non hominis est olere ungentum. Certe et ipsi qui solent ungere se non perfundere solent. Quid displicet quia dictum est. potuit hoc venundari pretio et dari pauperibus. Certe et ipse supradixerat: quicquid

omni minimorum horum fecistis mihi fecistis. Ipse mortem suam pro pauperibus offerebat. Non est igitur simplex figura. et ideo respondit illis dei verbum. Quid molesti estis mulierum semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper. Semper ergo tecum pauperem habes et ideo benefac. Num igitur differre pauperem debes quia semper tecum est. cum tibi propheta dicat: Ne dixeris pauperi cras dabo. Sed ille de sola misericordia locutus est. hic autem misericordie fidem pretulit que tunc habet meritum si fide precedente confertur. Mittens enim hoc unguentum in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Non ergo unguentum dominus sed caritatem dilexit: fidem suscepit: humilitatem probavit. Et tu desideras gratiam. Caritatem auge. mitte in corpus hiesu: fidem resurrectionis: odorem ecclesie communis: caritatis unguentum. et ita progrediens pauperibus dabis. plus tibi pecunia illa proderit si non tanquam affluentem tubuas: sed tanquam profuturam christi nomine largiaris. Si ita conferas pauperi ut deferat christo. Non ergo iuxta litteram tantummodo accipias superfusum capiti unguentum. Littera enim occidit sed spiritum: quia spiritus vita est. Quod ergo istius mulieris unguentum est quis hoc audire potest: quis tales aures habet ut dicente hiesu verbum quod accepi a patre. Immo quia ipse verbum possit tam altitudinem capere misterij. Et discipuli ex parte intelligunt et si non totum intelligunt. Unde et quidam putant dixisse discipulos: ungenti predo enim fidem gentium debuisse. Que sanguinis dominici tantum pretio debebatur. quod videtur de usum me. Denique iohannes euangelista in dicit sermone iude scarioth estimatum trecentis denarijs illud unguentum. sicut habes. Potuit enim venundari trecentis denarijs et dari pauperibus. Trecentorum autem era crucis insigne declarant. Sed deus non per fundamentum misterij presentiam querit: sed conspeliu in se fidem credentium mauult. Id tamen de ceterorum apostolorum verbis intelligimus. Judas autem condemnatur auaride: qui pecuniam de mimice pretulit sepulture. qui etiam si de passione sensit errauit. Tam caratione vili se vult estimari cultus: ut ab omnibus ematur ne quis pauper deterreatur. Gratis inquit accepistis:

gratis date. Pecuniam non querit diuitiarum altitudo sed gratiam. Ipse nos precioso sanguine emit: non vendidit. De quo plenius diceremus nisi a nobis ipsis tractatum alibi recordaremur. Ergo secundum dicta domini in quo sunt thesauri sapientie et scientie absconditi: quos nemo potuit preuidere. Operari me oportet in sepulturam eius: ut caro eius requiescit: non corruptionem vidisse credatur. Et mors corporis eius ita domum nostram ocore sui compleat ut credamus: quia in manus patris commendauit spiritum suum: et a morte sequestrata diuinitas: corporalium non subijt consortium passionum. Intellige quemadmodum corpus filij unguentum oleat. Corpus illud est quod exutum est non quod amissum est. Corpus eius traditiones sunt scripturarum. Corpus eius ecclesia est. Corpus eius odor summus. Et ideo decet ut mortem corporis eius ornemus. Et si nostros illa non requirat ornatus sed requirunt pauperes. Ornabo corpus eius si viam sermonum eius predicator et passim gentibus crucis aperire misterium. Ornauit ille qui dixit quia predicamus cultum crucifixum. Iudeis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam. Ipsi vero vocatis iudeis atque grecis: cultum dei virtutem et dei sapientiam. Ornatur crux cum id quod per imperiam stultum putatur: per euangelium sapientius estimatur ut possimus docere: quemadmodum virtus aduersaria per crucem domini destruat. Misi in domini corpus unguentum. spirare incipit quod mortuum putabatur. Ideo unusquisque aduatur emere labore suo: misuque virtutum alabastrum ungenti. Non vile aliquod atque commune: sed preciosum unguentum alabastrum: et unguentum pisticum. Si enim quis fidei congreget flores. et predicet hiesum cultum crucifixum in omnem ecclesiam que corpus culti corpus est: mundo mortua: requiescens deo: fidei sue transfundit unguentum. Oleri incipit tota domus domini passionem. oleri incipit mortem: oleri incipit resurrectionem. Ut possit unusquisque ex hoc sacre plebis numero dicere. Michi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri hiesu culti. Spirat odor olet unguentum in corpore. Si quis possit atque utinam ego possim confidenter loqui: mihi autem mundo crucifixus est. Non amanti diuitias. non amanti honores seculi. non amanti que sua sunt.

sed que hiesu xpi. Non amanti que videntur sed que non videntur non cupido vite. sed ei qui festinat dissolui et cum xpo esse. crucifixus est mundus. Hoc est enim crucem tollere et sequi xpm. ut nos comouiamur et consepeliamur cum eo: ut vngentum quod ista mulier in sepulturam eius misit olere possimus. Non mediocriter istud vngentum est: quo xpi longe lateque diffunditur nomen. Unde etiam propheticè dictum est. Vngentum exinanituz est nomen tuuz. Ideo exinanitum est ut maiore fides odore fraglaret. Ex hac ergo muliere intelligimus illud apostolicum quod sit superabundauit peccatum ut superabundaret gratia. Nam si in ista muliere non superabundasset peccatum: non superabundasset gratia. Agnouit enim peccatum et detulit gratiam. Et ideo lex necessaria: per legem enim peccatum agnoui. Si lex non fuisset peccatum lateret. Agnoscendo peccatum veniam peto. Per legem enim genera peccatorum: preuaricatio nis quoque cumen agnosco. Curro ad penitentiam: gratiam consequor. Lex ergo auditor est boni que mittit ad gratiam.

Mater et fratres mei hi sunt qui verbum dei audiunt et faciunt. Moraliter magister qui de se ceteris prebet exemplum. Atque ipse preceptor: ipse etiam iuorum executor: et preceptorum. Prescripturus enim ceteris: quod qui non reliquit patrem aut matrem suam non est filio dei dignus: sententia huic primus ipse se subiecit. Non quo materne refutet pietatis obsequia ipsius enim preceptum est. Qui non honorauerit patrem aut matrem morte moriatur. Sed quia paternis se misterijs amplius quam maternis affectibus debere cognoscat. Neque tamen inuiose refutantur parentes sed religiosiores copule mentium docentur esse quam corporum. Ergo non debuerant foris stare qui xpm videre querebant. Prope est enim verbum in ore tuo et in corde tuo. Intus igitur verbum: intus et lumen. Unde et ille ait. accedite ad eum et illuminamini. Si enim foris stantes nec ipsi cognoscuntur parentes: et propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum: quemadmodum nos non agnoscamus: si foris stemus. Nec putet aliquis offendiculum esse pietatis: ubi mandatum legis impletur. Si enim relinquet homo patrem aut matrem et adheret uxori sue. et erunt duo in carne una. recte

sacramentum hoc in custo seruatur et in ecclesia. Et ideo parentes corpori proprio non oportuit anteferi. Ergo hic non ut quidam heretici tendiculas aucupantur mater negatur: que et iam de cruce cognoscitur. sed necessitudine corporali prescriptorum celestium forma prefertur. Illud quoque intelligere non abhorret: quia per figuram parentum demonstrat iudeis: ex quibus est cultus secundum carnem ecclesiam: que credidit preferendam. itaque qui se intelligeret propter diuinum in terras venisse misterium: ecclesieque conuentum.

Relidis nauem ascendit parentibus. Neque enim quisquam poterat hunc mundum enauigare sine custo: quando eos quoque quibus dominus adest temptationum secularium se per procella perturbat. Et economia seruatur in apostolis. Ut aduertat sine temptatione neminem posse ex hoc vite curuculo demigrare. Quia exercitium fidei temptatio est. Subiecti igitur sumus nequid spiritualis procellis: sed quasi peruigiles naute gubernatorem exitemus. Verum et ipsi periclitari solent. Quem igitur gubernatorem requiramus: illum utique qui non seruiat sed imperet ventis. De quo scriptum est. At ille surgens increpauit increpauit ventum: et tempestatem aque. et facta est tranquillitas. Quid est surgens: quiescebat enim. Sed quod escebat corpus somno cum intenderet diuinitatis misterio: ubi enim sapientia: ubi verbum. nihil sine verbo fit: nihil sine prudentia. Supra habes quia pernoctabat in oratione: quomodo hic in tempestate dormiret. Sed expunitur securitas potestatis: quod omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat. Non est ergo corpus nature qui non est consozus periculi. Et si corpus dormit: operatur diuinitas: operatur fides. Demum dicit: modice fidei: quare dubitastis. et bene arguuntur qui presente custo timebant. Cum utique qui ei adhaereat perire non possit. Ergo confirmauit fidem: refudit tranquillitatem. ventum cessare precepit. Non aquilonem: non affricum: sed illum utique ventum cui dictum est ab angelo Michael in epistola iude. imperet tibi dominus. Unde etiam sanctus Matheus: imperauit inquit vento et mari. Atque utinam in nobis flatus eius asperos cohibere dignetur. Ut fluuanti vite: refusa tranquillitas: naufragij metum demat.



Et si iam nō dormiat sui corporis somno. Caueamus tamen ne nostro corporis somno in nobis dormiat & quiescat. & quoniam que loco superiorum stinximus delibasse satis est

Nunc quia in libro s̄m matheum duos homines in regione gerassenorū demoniis afflatos xp̄o occurrisse cognouimus. hic autem sanctus lucas. Et cum egressus esset ad terram: occurrit illi quidam q̄ habebat demonium iam multis temporibus. Unum induit eundem q̄ nudum. Nudus enim est quicunq̄ tegumentum nature sue & virtutis amittit. Qua ratione de numero euangeliste dissonare uideantur: non ociose pretereundum sed requirendum arbitror. Et quidem licet discordet numerus tamen concordat mysterium. Vir enī iste qui habebat demonium populi figura gentilis est. operatus vicijis: nudus errorū: patens criminū. Duo illi quoq̄ similiter figuram populi gentilis accipiunt. quōz cum tres filios noe generauerat. sem. cham. iafeth. Sem tantūmodo familia in possessionem assita est dei. Ex duobus illis diuersarum nationum populi pullularunt. Quorum alter maledictus q̄ nudatum patrem non texerat. Benedictus alter quo auersus licet ne confusionem nudati parentis haureret. Decet tamen patrem pietate texisset & frater mī maledictum seminis eluisset. Qui multis inquit temporibus agebatur utpote qui a diluuiō vsq̄ ad aduentū domini vexabatur: furore dementi rumpens vincula nature. Nec immerito etiam sanctus matheus in monumentis illos habitasse significauit. Siquidem talium anime in quibusdam habitare uidentur tumulis sepulcrorum. Quid enim aliud sunt corpora perfidorū: nisi quedam defunctorum sepulcra: in quibus dei uerbum nō habet. Agebatur ergo in loca deserta: spiritualium scilicet infecunda uirtutum. Profugus a lege: discretus a prophetis: remotus a gratia. Non enim uno demōio sed totius legionis laborabat incurso. Que cum dominum uideret / cognouissetq̄ prescia domini aduentus tempore in abyssos se esse tradendam cepit rogare ut introeundi in porcos acciperet facultatem. Et p̄nam clementiam domini debemus aduertere q̄ nullum prius ipse condemnat: sed unusquisq̄ sibi auctor est pene. Non mittuntur in porcos demones sed ipsi petunt: quia celestis luminis clauitatem sustinere non poterant. Ut qui oculos uolent radium solis ferre non possunt. sed tenebrosa eligunt & splendentia derelinquunt.

fugiant ergo demones splendorem lucis eterne. & ante tempus debita sibi tormenta formidant. Non preiudicantes que futura sunt: sed que prophetata sunt recordantes. Dixit enim zacharias. et erit illa die. disperdet dominus nomina ydolorum de terra: & non erit ulterius memoria eorum. & spiritum immundum exuram de terra. Docemur ergo eo q̄ non semper manebunt. nec malicia eorum possit esse perpetua. Nunc igitur illam metuentes penam aiunt: ueniisti perdere nos. Sed quia adhuc esse desiderantiaz ab hominibus recedentes propter quos penam sciunt sibi esse subeundam petunt mitti in porcos. Qui sunt illi porci nisi forte illi de quibus dictum est. Nolite sanctum dare canibus: neq̄ miseris margaritas uestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis. Illi scilicet qui immundorum usu animalium uocis & rationis expertes. lutulentis uite sue actibus naturalium comquinauerunt ornamenta uirtutum. Qui impetu feruntur in precepta: quoniam nullius meriti contemplatione reuocantur. Sed tanq̄ de superioribus ad inferiora per improbitatis procliuē de trusi suffocantur in aquis. inter fluctuantia mundi istius strangulatores in modum intercluso pereuntes spiritu comeatu. Neq̄ enim in his qui fluuido estu uoluptatum huc atq̄ illuc feruntur: incerti ullius spiritus: potest esse uitale commercium. Videmus igitur quia homo ipse sibi esse auctor erumne. Nam nisi quis porci more uixisset nunquam accepisset in eum dyabolus potestatem. aut si accepisset non ut perderet / sed probaret; Aut fortasse quia post domini aduentum bonos iam deprauate non poterat: non omnium hominum / sed leuium iam querit interitum. Ut latro non armatis insidiatur. sed inermibus. et iuiurijis lacessit infirmum: qui se intelligit / uel a forte contemni. uel a potente damnari. Sed dicit aliquis cur hoc a deo permittitur dyabolo. At ego dico ut boni probentur: improbi puniantur / hec enim pena peccati est. Demque lege quia immittit dominus febrem et tremorem / & malos spiritus / & cecitatem / & omnia flagella / iuxta merita peccatorum. Sed redeamus ad ledionem. Uiderunt inquit hoc magister gregum & fugerunt. Neque enim aliquam philosophie possessores uel p̄ncip̄s synagoge / pereuntibus populis possunt ferre medicinam. Solus est igitur custos:

qui aufert peccata populorum. si tamen medico patientiam non recusent. Ceterum curate non dignatur inuitos. & cito infirmos de seire: quibus oneri videt esse presentiam suam. Sicut gerasenorum populi qui exeuntes de ciuitate in qua species synagoge videt existere rogabant ut discederet quia timore magno tenebantur. Infirma enim mens non capit dei verbum: nec potest pondus sustinere sapientie. fatiscit & soluitur. & ideo diutius molestus non fuit. Sed ascendit & regressus est. Ascendit utiq; ab inferioribus ad superiora. a synagoga scilicet ad ecclesiam. Et reuersus perstragnum est. ut hic ait. aut sicut matheus per fretum. internos et illos enim fretum magnum est. Itaq; nemo de ecclesia ad synagogam sine periculo transit salutis. Sed & ille qui de synagoga ad ecclesiam transire desiderat: crucem suam tollat ut discumen euadat. Cur autem non recipitur liberatus: sed domum redire censetur: nisi ut & iactantie causa vitetur: & infidelibus sit exemplo: quanquam domus illa naturale sit diuersorium. Et ideo quia remedium sanitatis fuerat consecutus. a tumultis & sepulcris in illam spiritalem domum redire precipitur: ut fiat dei templum. in quo erat mentis sepulcrum.

Ecce vir cui nomen zarrus: & ipse princeps synagoge erat cecidit ante pedes iesu: rogans eum ut intraret domum suam: quia filia unica erat illi: fere annorum duodecim: & hec mouebatur. Reliquerat in gerasemis synagogam xpus ut diximus. et quem sui non receperant: excepimus alii enim excepimus quem expectabamus. Nec nobis igitur a quibus expectabatur diu defuit. nec ad illos si rogetur fastidit redire. Vir enim iste princeps synagoge cui filia erat unica pro synagoge preuentis remedio precabatur. Que urgebatur in mortem: quia deserabatur a xpo. Quem putamus synagoge principem esse nisi legem. Cuius contemplatione dominus synagogam non peritus de reliquit. medicinam salutis credentibus reseruauit. Ad hanc ergo principis filiam dum pperat dei verbum / ut saluos faceret filios israhel. sancta ecclesia ex gentibus congregata: que infero tam lapsu cumnum deperibat: paratam alijs fide precepit sanitatem. Moraliter hunc locum satis putauimus exprimendum.

et ideo non illa que dicta sunt recensemus sed mistica breui volumus sermone perstringere. An non ita factum est ut dei verbum cum venisset ad iudeos addisceretur a gentibus / & prius ab illis qui in legem non crederant / in gratia crederetur. Nam sicut illa que in medicis erogauerat omnem substantiam suam: ita etiam congregatio gentium amiserat omnia dona nature & patrum: momum vitale prodegerat. Sancta verecunda: religiosa fide promptior: pudore cunctatior: hoc est enim pudoris et fidei agnoscente infirmitatem: non desperare veniam. Verecunda ergo firmam tetigit. fidelis accessit. religiosa credidit. sapiens sanata se esse cognouit. Sic sancta plebs gentium que domino credidit peccatum erubuit ut desereret: fidem detulit ut crederet. deuotionem exhibuit ut rogaret. sapientiam inouit. ut sanitatem suam et ipsa sentiret. Quidam sumpsit ut fateretur quod precepisset alienum. Cur autem retro tangitur custos. An quia scriptum est. post dominum deum tuum ambulabis. Quid etiam sibi vult quod et principis filia annorum duodecim mouebatur. & mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborabat. nisi ut intelligatur quia quod diu synagoga vixit / laborauit ecclesia. Defectus illius huius virtus est: quia illorum delicto: salus gentibus & consumatio illius: huius exordium. Non nature exordium sed salutis. Quia cecitas ex parte israhel contigit: donec plenitudo gentium intraret. Non igitur tempore: sed specie sanitatis. Antiquior synagoga quam ecclesia. Quia quandiu illa credebat: ista non credidit. Et per varias corporis atque anime passiones immedicabili remedio egra languebat. Mudiuit egrotare populum iudeorum: sperare cepit salutis sue remedium. Tempus venisse cognouit: quo medicus adesset e celo. surrexit ut occurreret verbo. Vidit quia comprimebatur a turbis. non enim credunt qui comprimunt: credunt qui tangunt. fide tangitur custos: fide custos videtur. Non corpore tangitur: non oculis comprehenditur. Neque enim videt: qui videns non vidit. Neque audit: quia ea que audit non intelligit. Neque tangit. quia non fideliter tangit. Denique ut fidem tangentis exprimeret ait. tetigit me aliquis. Nam ego cognoui virtutem de me exiisse: Quod est euidentis indicij signum. quia non:

quia non intra possibilitatem conditionis humane. atque intra corporis claustrum: inclusa sapientie diuinitas coartata est: non capitur: angustijs corporalibus non tenetur: sed ultra fines nostre mediocritatis virtus exundat eterna. Non enim humana opere plebs gentium liberata: sed dei munus est congregatio nationum. Que etiam breui fide misericordiam inclinat metnam. Nam consideremus quanta sit fides nostra: et intelligamus quantus sit filius dei. Videmus quia comparatione eius simbulam tantummodo tangimus: superiorem vero vestimenti eius partem nequiuimus attingere. Si igitur et nos curari volumus: fide tangamus simbulam christi. Non latet eum quicumque simbulam tetigerat. qui tetigit auersum. Neque deus indiget enim oculis ut videat: neque corporaliter sentit: sed in se habet cognitionem omnium. Beatus ergo: qui vel extremam partem verbi contingerit. Nam totum quis potest comprehendere. Verum ut ad illam que adhuc egra est. reuertamur: ne per nostram moram dum diu christi moramur ingressum: mortua esse credatur. Veneruntque inquit serui dicentes: noli vexare illum: filia tua mortua est. Et primum illud consideremus: quod suscitaturus mortuam. ad faciendam fidem emoruosam ante curauit. Et ut scias: exempli gratia stetit: se sanguinis fluxum dum ad illum petitur ista curatur. Sic et resurrectio temporalis in domini passione celebratur: ut perpetua illa credatur. Sic et paritura sterulis indicatur ut conceptura virgo credatur. Denique audiuit parituram elisabeth maria: nec de sua generatione dubitauit. Venerunt inquit serui dicentes. noli vexare illum. Adhuc et hi increduli ad resurrectionem quam dominus in lege predixit: in euangelio compleuit. Itaque cum venisset in domum: paucos future resurrectionis arbitros assuit. non enim a multis credita est resurrectio. Denique dicente domino non est mortua puella sed dormit. et videbant inquit eum. quicumque enim non credunt iterum. fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos. Obi resurrectionis fides est non mortis species sed quietis est. Nec illud abhorret Marci quod ait: tubicines fuisse in domo principis et turbam tumultuantem. More enim veteri tubicines ad excitandos ludus ferebantur adhiberi. vel quia per legis et litere cantilenam/exultationem synagoga non poterat capere spiritalem. Tenens ergo manum puelle hiesus sa-

navit eam et iussit dare ei manducare: quod est testimonium vite ut non fantasma sed veritas crederetur. Beatus ille cui manum sapientia tenet. Utinam meos quoque teneat adus: teneat manus iusticia: teneat dei verbum. inducat in penetralia sua. spiritum auertat erroris: conuertat salutis. dau mihi iubeat manducare. panis enim celestis dei verbum est. Ideo et illa sapientia que diuini corporis et sanguinis sacrosanta altaria repleuit alimentis. Venite inquit edite panes meos et bibite vinum quod miscui vobis. Que tamen tanta diuersitatis est causa. supra publice vidue filius suscitatur: hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoque pietas ibi domini declarat. Quia vidua mater vnicui non patiebatur moras. et ideo ne amplius afficeretur matuitas additur. Est etiam forma sapientie in vidue filio: cito ecclesiam credituram. In archisynagoga filia. credituros quidem iudeos sed ex pluribus

Et quicumque non receperit vos exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem de pedibus vestris excutite in testimonium supra illos. Qualis debeat esse qui euangelizat regnum dei: preceptis euangelicis designatur. ut sine virga. sine perca. sine calciamento: sine pecunia. Hoc est subsidij secularis amminicula non requirere. Sicutque tutus putet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere. Que possunt qui volunt ad eum diuare tractatum ut spiritalem tantummodo locus iste formate videatur affectum. Qui velut indumentum quoddam videatur: corporis exuisse: non solum potestate reiecta: contemptisque diuinitis: sed etiam carnis ipsius illecebus abdicatis. Quibus primo omnium datur pacis atque constantie generale mandatum. ut pacem ferant: constantiam seruent: hospitalis necessitudinis iura custodiant: alienum a predicatorum regni celestis asstruens: cursitare per domos. et inuolabilis hospitij iura mutare. Sed ut hospitij grana deferenda censetur. Ita etiam si non recipiantur excutiendum puluerem et egrediendum de ciuitate mandatur. Quo mandato non mediocis boni remuneratio docetur hospitij. ut non solum pacem tubuamus hospitibus. Verum etiam si qua eos terrene obumbrant delicta leuitatis. receptis apoc stolice predicationis vestigijs auferantur. Nec:

Nec odiose s̄m matheum domus qua ingrediebantur apostoli legenda decernitur. ut mutandi hospitij: necessitudinisq; uiolande causa non suppetat. Nō tamen eadem cautio receptorū mandāt hospitij. ne dum hospes eligitur hospitalitas ipsa minuatur. Sed hec ut s̄m literam de hospitij religione venerabilis est forma p̄cepti: ita etiam de misterio sententia celestis ardet. Et enim cū domus eligitur: dignus hospes inquiratur. Videamus ne forte ecclesiam preferenda designetur et xp̄s. Que enim dignior domus apostolice predicationis ingressu q̄ sancta ecclesia aut quis preferendus magis omnibus videtur esse q̄ xp̄us: qui pedes suis lauare consuevit hospitibus. et quoscunq; sua receperit domo pollutis non patitur habitare vestigijs. Sed maculosos licet prius in reliquum tamen dignetur mutare p̄cessus. Idic est igitur solus quem nemo deserere debet: nemo mutare. Cui bene dicitur. domine ad quem ibimus: verba vite eterne habes et nos credimus: quia tu es xp̄s filius dei. Vides executorem celestium preceptorum: qui quōm non mutauit hospitium celestis cōsortium cōsecrationis emeruit. Sides igitur in primis ecclesie querēda mā datur. in qua si xp̄s habitator sit: haud dubie sint legenda. Sim vero populus perfidus aut preceptor hereticus deformet habitaculum: vitanda hereticorū communiō: fugienda sinagoga censetur. Excutiendum pedum puluis ne fatiscens perfidie sterculis siccitatibus tanq̄ humi arido arenosozq; mentis tue vestigium polluat. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet euangelij predicator: et tanq̄ proprijs manibus gesta pulueri comparanda alleuare atq; abolere vestigijs. Juxta quod scriptum est. Quis infirmatur et ego non infirmo. Itaq; si qua est ecclesia que fidem respuat: nec apostolice predicationis fundamenta possideat: ne quam labem perfidie possit aspergere deserenda est. Quod apostolus quoq; euidenter asseruit dicens. hereticum hominem post vnam correptionem deuita.

Dixit autem ad eos. Date illis vos manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusq; quinque panes. Que ratio est q̄ cum in posteroribus iohannis passio describatur. Idic iam mortuus verbis herodis ostenditur. Ne forte illa quia post legis defectū euangelicus abus incipit ieiunare

pascere corda populorum. Demiq; posteaq; illa que ecclesie typum accepit a fluxu curata est sanguinis. Posteaq; apostoli ad euangelisandum regnum dei sunt destmati: gratie celestis impartitur alimentum. Sed quibus impartitur aduerte: non odiosis: non in ciuitate quasi in synagoga vel seculari dignitate residentibus sed inter deserta querentibus xp̄m. Qui enim non fastidiūt ipsi exapiuntur a xp̄o. et cum ipsis loquitur dei verbum: non de secularib; sed de regno. Et si qui corporalis gerunt vlcera passionis: his medicinam suam libenter indulget. Consequens igitur erat ut quos a vultu dolore sanauerat: eos alimonijs spiritalibus a ieiunio liberaret. Itaq; nemo cibum accipit xp̄i nisi fuerat ante sanatus. Et illi qui vocantur ad cenam prius vocando sanantur. Si claudus fuit gradiendi facultatem ut veniret accepit. Si lumine prauatus oculorum erat: domum vtiq; domini nisi refusa luce intrare non potuit. vbiq; igitur misterij ordo seruatur ut prius per remissionem peccatorum vultuibus medicina tribuatur. Postea alimonia mente celestis exuberet. Quāq; nondum validioribus hec turba reficiatur alimentis: neq; xp̄i corpore et sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascantur. Lacte inquit vos potavi nō esca. non dū enī poteratis. sed nec adhuc qui dem potestis. In modum lactis quinque sunt panes: esca autem solidior corpus est xp̄i. potus vehementior sanguis est domini: non statim a primo epulamur omnia neq; potamus omnia. Hoc primum inquit bibe. est ergo primum. est etiam secundum. est etiam tertium. Primum quinque panes sunt. Secundo septem. tertium ipsum corpus est xp̄i. Nequaquam igitur talem dñm deseramus: qui pro vniuscuiusq; vultu impare nobis almēta dignatur. Ne aut infirmum validioribus oppumat. aut validum exilia alimenta nō satient. Qui enī infirmus est olera manducet. Et ille quidem videtur laqueos infirmitatis euadere: de quinque istis manducet panibus et duobus piscibus. Certe si petere cibum validiorem videretur. ipse relicta suis omnibus festinet ad dei verbum. Dum audire incipit: incipit esurire. Incipiunt apostoli esurentem videre. Et si illi adhuc non intelligunt: quid esuriant intelligit xp̄s. scit q̄ non secularem cibum esuriant: sed cibum xp̄i. Dicat dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Bonus dominus: studia exigit: vires ministrat. Utinam dñe hiesu velis mecū istos ieiunos non dimitteres. Sed impartitis a te epulis reficias eos ut possint

tuis alimonijs fortiores infirmitate ieiunij nō timere. Dicas uti-
nā etiam de nobis. nolo eos ieiunos dimittere. Causā mihi dicito
quē nō vis eos ieiunos dimittere. Immo iā dixisti quia si quem
dimi eius ieiunum deficiat in via. Idoc est deficiat vel in istius cursu
vel anteq̄ ad caput perueniat vite. anteq̄ pueniat ad patrem.
et intelligat quod xps e celo. et intelligat quod qui descendit ipse est qui
ascendit. ne forte cum acceperit quod natus ex uirgine est. incipiat
non dei uirtutem sed hominis estimare.

Ergo ne deficiant in via inquit date illis vos manduca-
re. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusquam quinq̄ pa-
nes et duo pisces: nisi nos eamus et ememus in omnem
hanc turbam escas. Non dum intellexerant apostoli abum popu-
li credentis non esse uenalem. nouerat xpus. Nouerat ipse nos
potius esse redimendos. suas uero epulas gratuitas donat. Nō
dum ergo habebant discipuli abum qui redimere nos posset. Da-
bebant tamen iam abum qui satiare nos posset. habebant abum
qui confirmare nos posset. Panis enim confirmat cor hominis.
Misereatur ergo dominus ne quis deficiat in via. Si quis ergo de-
fecerit non pro domini hiesum: sed pro se deficiat. Nec habes quod ascribas
domino: qui uincat cum iudicat. Quid enim dicas ei qui in te contulit
omnia firmamenta uirtutum. Nonne te ipse genuit: nonne te ipse
pauit? Cibum eius uetus est. abus eius fortitudo est. Sed si tu ne-
gligentia tua uirtutem quam acceperas perdidisti: non alimento-
rum celestium sed tue mentis tibi presidia defuerunt. Denique do-
minus sicuti super iustos et iniustos pluit: ita etiam iniustos pascit et
iustos. Nonne in esce uirtute cum iam deficeret in via sanctus he-
lias quadraginta ambulabat diebus: et illam escam angelus dedit.
Si autem te pauit hiesus et acceptam escam seruaaueris ambula-
bis non quadraginta diebus et quadraginta noctibus: sed audeo
dicere scripture fretus exemplis. quadraginta annis egrediens
ab egypti sinu donec puenias in terram multam. in terram fluen-
tem lac et mel. quam iurauit dominus daturum se patribus no-
stris huius terre et ibi uirtus requirenda est quam possidet mitis.
Non istam terram dico que arida est: sed illam que christi conirma-
tur alimentis. Que sub impio constituta regis eterni: sanctorum
incolatibus frequentat. Diuidit ergo escas dominus hiesus. et ille
quodem uult dari omnibus negat nemini. dispensator est enim omnium: sed cum
ille panes frangat et det discipulis. si tu manus non extendas tuas

ut accipias tibi escas: deficias in via. Nec potius in eum culpam
tuam referre: qui misereatur et diuidit. Sed his diuidit qui cum
eo etiam in deserto permanent: qui ei primo et secundo die et ter-
cio non receperunt. Sic enim habes alibi: misereor huius turbe: quia
tarduum est iam quod perseverant mecum. Quanta dignatio. quanta
in eo hominibus inspiratur humanitas. Non uult ieiunos dimit-
tere: non uult ne deficiant in via. Noli ergo deficere a disciplina
domini. neque fatigeris cum ab eo increpaueris. Non fatigeris nunc
ne postea fatigeris. Quid enim respondebis ei: aut quomodo te
excusabis si esce uirtutem quam ministrat amiseris. Nō potes
dicere quia escam non dedit quia dat omnibus. Nō potes dice-
re quia noluit te bonum facere. ante quem posuit bonum et malum
ut non ex necessitate bonum tuum esset sed uoluntarium. Multum enim
refert inter eum qui ex necessitate inuitus aliquid agit: et inter eum
qui ex uoluntate quod bonum est diligit. Si enim inuitus hoc ago
dispensatio mihi credita est. Si uolens mercedem habeo. Consi-
deremus ergo quia stabimus ante tribunal christi: et si opus nostrum
arsent non habebimus quod excusare possimus. Dicit etenim quod
iam per prophetam locutus est. populus meus quid feci tibi aut in quo
molestus tibi fui responde mihi. Dicit et ei: quia in uia defecerit
qua ratione defecisti in uia. Nonne panes fregi: nonne benedixi
nonne iussi dari. sed cur tu accipere noluisti. Quam etiam pres-
entium deficiunt in uia. et post hos sermones qui licet nostri sunt
tamen quia nemo dominum hiesum nisi in spiritu sancto: panes estiman-
di sunt. Quam in qua deficiant et in uias gentium transuersarijs
itineribus fornicantes abibunt. atque uanam uisum et non pluri-
mi. Sed non hiesus auctor defectus: etiam si quis defecerit. om-
nibus enim distubuit qui sequuntur. siue quinq̄ milia siue quatuor
milia sint. Non odiosus numerus. non odiosus ordo: non odiose re-
liquie manducantium. Cur enim plures id est quinq̄ milia quinq̄
pambus hoc est numero minorum satiantur. Pauciores uero: qui
sunt quatuor milia septem pambus / hoc est numero redundatiore
pascant. Si enim facti tantum sequamur miraculum. uidetur esse
diuini quod de minorum modo pluribus abundauit. Cur ergo quod
minus est ei quod est amplius: quasi presteret adiectum est. Porro enim
quinq̄ milia quinq̄ pambus. postea etiam quatuor milia septem
pambus satiata legimus. Queramus ergo misterium quod mira-
culo prestat. Itaque uidentur illa quinq̄ milia quasi quinq̄ corporis

sensus adhuc corporalibus prima alimenta accepisse de custo-
 Quatuor vero milia & si adhuc in corpore sint & in hoc mundo / q̄
 ex quatuor constat elementis: non odiose tamen feruntur mystice
 accepisse escam quietis. Jam enim equantur mundo supra mun-
 dum futuru. Nam & si in hoc mundo sunt intra mundū tamen nō
 sunt: quibus mystice quietis impartitur alimentum. Sex enim di-
 ebus mundus factus est / septimo requietum est die. & dominus
 sanctificauit eum. Ultra mundum ergo quies. ultra mundū etiaz
 fructus quietis. Deniq; beati pacifici ipsi enim filij dei vocabuntur.
 Nam cum deus supra mundum sit: nemo vtiq; potest deum videri:
 nisi mundum prius spiritali descendat obtuitu. Septima ita-
 q; benedictio peccatorum: septem etiam illis quatuor milibus fra-
 gmentorum sperte supersunt. Non mediocri hic panis est sab-
 batorum / panis sanctificatus / panis quietis. Et fortasse si primum
 quinq; panes sensibilibus manducaueritis. audebo & dicam Post-
 quinq; panes & septem. tercio iam in terra non manducabis pa-
 nem. sed supra terram manducabis octo panes sicut qui sunt in
 celestibus. Sicut enim septem panes panes quietis: ita octo pa-
 nes panes sunt resurrectionis. Ergo isti qui septem aluntur pa-
 nibus tuouo persteterunt. & fortasse integras resurrectionis fu-
 ture fidem & constantiam consecuti. Deniq; sanctorum vox est
 tubus diebus ambulabimus ut epulemur domino deo nostro. s; illa
 suo loco. De quinq; vero panibus sanctus iohannes docuit
 me quod nesciebat. quod non docuerat sanctus matheus. nō do-
 cuerat sanctus lucas. Singulis enim diuersa impartita est gratia
 Docuit inquam me q̄nq; istos panes ordeaceos fuisse. & ideo nō in-
 epte diximus escā istā esse abile corporalib;. Cur enim p̄mo orde-
 ceos: q̄a p̄mo lacte: deinde esca nutriendus est q̄ accedit ad fidem
 Nōdum enim poteramus & fortasse pleuq; nec adhuc possumus
 Nā cū sint inter nos cōtentiones & dissensiones. nōne carnales
 sumus & s̄m homines ambulamus. Suisq; que apta sunt almēta
 vtutibus: & ideo prius ordeū: deinde triticum nobis ad alimoniaz
 datur. Sortiou vero sicut helye de interuobus frumenti panis
 fauatius ministratur. Quem autem non queunt contaminare
 sed pascere peccatores. Nec solum panis & numerus: sed etiam
 accubationis est differentia. Illi enim supra fenem discumbunt
 isti supra terram recumbunt. Supra fenem quinq; milia supra
 terrā quatuor milia. Plus enim terrā p̄mere q̄ sup fenū iacere

Illi enim adhuc quibus sensus sunt corporales mollioribus de-
 ledantur: & ideo supra fenū recumbūt. omnis enim caro fenem
 Isti vero supra terram que triticum & vinum gignit & oliuam
 abum gratie consequunt. illi discumbūt. isti recumbūt. Maior
 enim est quedam requies recumbentis. Ibi duo pisces: hic sine
 numero. Unde pleuq; septisimis spiritus gratiam in panibus
 definitam. In piscibus quoq; duplicis testamenti figuram intelli-
 gendam putarunt. Non piget ergo estimare q̄ quatuor milia
 ex quatuor mundi collecta partibus in quibus ecclesia figuratur
 maioris gratie abum assumūt. Juxta qd̄ scriptum est. Quia ve-
 niunt ab oriente & occidente & a septentrione & austro: & recum-
 bent cum abraham & ysaac & iacob in regno celorum Unde hic
 gratie patu agunt a xp̄o Non enim frustra illic benedictio tan-
 tum hic etiam gratiaz est actio. Pro ecclesia quippe sua dominus
 patu gratias agere consuevit. quia que abscondit a sapientib; /
 ea paruulis reuelauit. Benedictio igitur sup nos qui inferiores
 sumus. Gratiaz actio super eos qui de infirmitatibus corporum
 suoz sacras passionibus triumpharunt. Jam illud in superuo-
 rib; prelibauim;. Quia cum quinquagem discubere iubentur. li-
 cet sacro numero definito. tamen videtur hic foundationis eccle-
 sie populus. qui sine diffinitione numeru recumbit. Mysticum quo-
 q; est q̄ & manducans populus satiatur: & apostoli ministrant.
 Nam & in satietate repulle inppetuum famis inditum designa-
 tur: quia non esuret qui acceperit abum xp̄i. Et in apostolorū
 ministerio figura diuisio domini corporis sanguinisq; premit-
 tur. Jam illud diuimum quemadmodum quinq; panes quinq;
 milib; populi redundaueunt. Non enim exiguo sed multiplica-
 to abo populum liquet esse satiatum. Videtes incomprehensibili
 quodam uigatu interdiciuentium manus quas non fregeunt fru-
 dificare p̄nculas & intacta fragentiū digitis sp̄te sua fragmēta
 subrepere. Qui hęc legit quēadmodum iuges aquarum m̄retur
 meatus: & liquidis fontibus stupeat cōtinuos fluere successus q̄n
 etiā panis exundat: & nature solidioris uigatus exuberat. Nec
 igit facta sunt ut illa quoq; que nō cernim; cerneremus. his eui-
 denter illorum quoq; se designauit auctore. & totius nature crea-
 torem materialis existere. que nō ut phi volunt repta: s; facta
 gignendis omnibus rebus successus & fluos subministrat. Hoc
 quidem mirum quicquid de fluminibus haurias / signo dispendij

non notau. Quicquid de fontibus auferas usuratio quodam re-
parau meatu. Sed et fluminibus si nihil accedere / nichil tamen
videtur accedere et fontibus: ut cumulatam fluentia cernuntur: ita
dum minuuntur: fluentia produnt. At vero hic panis quem fra-
git hiesus: mystice quidem dei verbum est et sermo de custo. Qui
cum diuiditur augetur. et paucis enim sermonibus / omnibus
populis redundantem alimoniam ministravit. Dedit sermones
nobis velut panes. Qui cum in nostro libantur ore geminantur
Invisibiliter quoque panis iste incredibili ratione dum frangitur.
dum diuiditur. dum editur. sine ulla dispendij comprehensione cu-
mulatur. Nec dubites vel quod in manibus ministrantium vel in
ore edentium cibis crescat. quando ubique nostrum operis testimo-
nium ad firmamentum creoulitatis assidatur. Sic in nuptijs ex
fontibus vna minister operantibus colorantur: et ipsi qui imple-
uerant ydolis aqua vinum quod non detulerant hauriebant. Con-
prehende si potes tanta rerum miracula. Vnde edentibus populis
crescunt vis fragmenta dispendijs. et de quinque panibus maio-
res reliqua est summa est colligitur. Illic in alienam speciem ver-
tuntur elementa. nec suos patitur natura defectus: nec suos agno-
scit ortus / usus tamen proprios recognoscit. Quia etiam melior est
mutati vni natura quam nati. Quia in arbitrio creatoris est: et
quos usus de it assignate naturas et quas naturas impartire gi-
gnendis. Vnde quantis operibus operibus opus astruat. Dum
aquam minister infundit. odor transfusus inebriat: color muta-
tus informat. fidem quoque sapor hastus accumulatur. Conferant
gentiles si placet cum christi beneficijs / deorum suorum non facta sed facta
Serunt certe eorum fabule fuisse regem quando quicquid tangebatur
aurum fiebat. Sed etiam conuiuia ipsa feralia. Nam et ipsa mantelia
digitis apprehensa uiguerunt. et abus in ore crepitabat. ferens non
alimenta sed vulnera. Et in gutture potus hiebat. nec penetrare
facilis nec redire. Digna beneficia votis digna tanto munera pre-
catorum digna liberalitas conferente. talia sunt ydolorum beneficia ut
cum videntur prodesse plus noceant. At vero christi munera parua
videntur et maxima sunt. Denique non vni collata sed populis. Nam
et abus edentium in ore crescebat: et videbatur esse corporalis ali-
monie sed sumebatur salutis eterne. Cur autem quinque milibus hominum
plus redundat quam quatuor milibus minus. quia quatuor milia ista tu duo cum
christo fuerunt. et ideo amplius celestis pabuli alimonia receperunt.

Non et odiose que turbe supersunt a discipulis colligunt. Quia
ea que diuina sunt apud electos facilius possis quam apud populos re-
perire. Utinam mihi contingat audire: collige que supersunt. Si
audiero et fecero habeo multa que turbe: habeo multa que pueri
et mulieres edere nequiverunt. Beatus ille qui potest colligere.
que etiam doctis supersunt. Videmus quomodo colligat. Dixit
lex non mechabeus. Stregit hunc panem christus: diuisit hoc verbum.
non aliunde adiiciens: sed de suo partiens. Qui videtur inquit ad
concupiscendum mulierem iam mechatus est eam. habens fra-
gmentum de suo addidit. Si oculus tuus dexter scandalizat te
erue eum. habes aliud. Et si dextera tua scandalizat te absconde
eam. et qui dimissam viro dicit mechatur. Vides ex vno quam mul-
ta fragmenta. Moyses dicit quod abraham duos filios habuit. vnum
de ancilla. et vnum de libera. Paulus dixit. hec sunt duo testamen-
ta. Diuisit hoc verbum et inuenit misterium. Beatus ergo qui
colligit que diuidit christus. Qua ratione autez cophinos duodecim
christus impleuit. nisi ut illud populi iudaici solueret: quia manus
eius in cophino seruerunt. Hoc est populus qui ante iurum in
cophinis colligebat: hic iam per crucem christi vite celestis operatur
alimoniam. Et ideo fidei abus congerit ubi erat ante scenum pro-
fide gentilis. Nec paucorum hoc munus sed omnium est. Nam
per duodecim cophinos: tanquam tubum singularum fidei firmamen-
tum redundat. Panis enim confirmat cor hominis.

Dixit autem illis. Vos quem me dicitis. Respondit sy-
mon petrus: christum dei filium. Nec turbe quidem odiosa op-
pimo est: quia alij helyam quem venturum putabant.
alij iohannem quem de collatum sciebant. Aut vnum de prophetis
pueribus surrexisse credebant. Sed hoc querere supra nos est:
alterius sententiae. alterius prudentie est. Nam si paulo apostolo
satis est nihil scire nisi christum hiesum et hunc crucifixum. quid am-
plius mihi desiderandum est scire quam christum. In vno enim hoc homi-
ne et diuinitatis et incarnationis expressio et fides est passionis.
Et ideo licet ceteri apostoli sciant: petrus tamen respondit pro ce-
teris tu es christus filius dei viui. Complexus est itaque omnia qui
et naturam et nomen est christus sit in quo summa virtutum est etiam
ne nos de generatione dei differemus questiones. Cum paulus
indicauerit nihil scire nisi christum hiesum et hunc crucifixum. Petrus

nihil amplius q̄ dei filium putauerit confitendum. Nos & quantum & quomodo natus sit: & quantus sit humane infirmitatis contemplatione umam. Scuit paulus q̄ iniustis magis offendiculum questionis q̄ edificatio nis p̄fectus esset. Et ideo iudicauit nihil scire nisi xpm̄ hiesuz. Scuit petrus q̄ in filio dei omnia sint Omnia enim dedit pater filio. Si omnia dedit eternitatez quas habet/maiestatemq̄ transfudit. sed quo pro labor longius. fims fidei mee xpus est. fims fidei mee dei filius est. Non licet mihi scire generationis fidem. Crede igitur sic quemadmodum petrus credidit: ut et tu beatus sis/ ut et tu audire merearis. quōz non caro & sanguis tibi reuelauit sed pater meus qui in celis est. Caro enim & sanguis non queunt / nisi que terrena sunt reuelare. At vero qui spiritu loquitur misteria nō carnis & sanguinis magisterio/ sed diuina inspiratione fundatur. Noli ergo acquiescere carni & sanguini: ne carnis & sanguinis precepta haurias/ at q̄ ipse sanguis & caro fias. Qui enim carni adheret caro est. et qui adheret deo vnus spiritus est. Non permanebit inquit spiritus meus in hominibus istis in eternum: p̄ qd̄ carnes sunt. Sed utinam caro et sanguis non sint qui audiunt/ sed carnis & sanguinis remoti cupiditatibus possint dicere singuli. non timeo quid faciat mihi caro. Qui enim carnem vicerit ecclesie fundamentus est. & si equauit petro non potest imitari potest: Magna sunt enim dei munera qui non solum nobis que fuerant nostra reparauit: verum etiam que sunt sua p̄pria concessit. Refert tñ quid sibi velit q̄ non alium turba opinabatur nisi aut heliam aut hieremias aut iohannem baptistam. Et heliam forte quia raptus ad celus est sed non helyas xpus. Ille rapitur: iste regreditur. Iste rapit nam non arbitratus est esse se equalem deo. ille petitis ignib⁹ v̄m dicatur. Dic p̄secutores suos maluit sanare q̄ perdere. Cur aut hieremiam putabāt fortasse q̄a sanctificat⁹ in vulua est. s̄ nō hic hieremias. Iste sanctificator ille sanctificat. illius sanctificatio cepit ex corpore: hic sanctus ex sancto. Cur etiam iohannem putabant/ nisi forte quia in matris utero posuit⁹ dñi p̄sentia sentiebat. s̄ non hic iohānes. ille adorabat in utero hic adorabat. Ille baptisabat in aqua xps in spiritu. ille penitentiam suadebat: hic peccata donabat. Et ideo petr⁹ nō expectauit ppli sententiā s̄ suā p̄cipit dicens. Tu es xps filius dei viui. qui est semp est. nec cepit ut esset & esse nō desinat. Magna aut xpi grā qui omnia p̄pe vocas

bula sua discipulis donauit suis. Ego sum inquit lux mundi: & ideo tamen qd̄ ipse gloriatur discipulis nomen includit dicens. Vos estis lux mundi. Ego sum panis viuus. et nos omnes vnus panis sumus. ego sum vitis vera. & tibi dicit. Plantavi te vitem fructuosam omnem veram. Petra est xpus. Bibebat emz de spiritali sequenti petra. petra aut̄ erat xpus. etiam discipulo suo hui⁹ vocabuli gratiaz non negauit. ut & ipse sit petrus q̄ de petra habebat soliditate constantie fidei firmitatē. emere ergo ut & tu petra sis Itaq̄ non extra te s̄ intra te petram require. Petra tua adus est. petra tua mens est. Supra hanc petrā edificetur dom⁹ tua: ut nullis possit nequitie spiritalis euerberari p̄cellis. Petra tua fides est: fundamentū ecclesie fides est. Si petra fueris in ecclesia eris/ qz ecclesia sup̄ petrā est. Si in ecclesia fueris porte inferi nō p̄ualebunt tibi. Porte inferi porte mortis sunt. Porte aut̄ mortis porte ecclesie esse non p̄nt. Que aut̄ sunt porte mortis hoc est porta inferi/ nisi singula queq̄ peccata. Si fornicat⁹ fueris/ portas mortis ingressus es. si fidem leseris/ portas penetrasti inferi. si peccatū mortale cōmiseris/ portas mortis intraisti: s̄ potens est deus qui exaltet te de portis mortis/ ut adūdes omnes laudes in portis filie syon. Sunt enim porte ecclesie. sunt porte castitatis. sunt porte iusticie/ quas iust⁹ intrare osuevit dicens. Aperte michi portas iusticie/ ingressus in eas osificabor dño. Sed ut porte mortis porte inferi: ita & porta iusticie dei porta est. Nec enim porta dñi: iusti introibūt p̄ eā. Et ideo fuge p̄tinadā delictoz/ ne porte tibi possint inferi p̄ualere. Si emz dñatuz fuerit peccatū vite mortis porta p̄ualuit. Fuge ergo contentōnes. & dissensionēs. strepitus. tumultusq̄ discordie. ne p̄ portas mortis ingressus incurras. Dñs emz ihus cust⁹ p̄dicauit se primo noluit: ne vllus strepitus nasceret. Increpat em̄ discipulos suos ne cui hec diceret. Q̄ oportet filius hominis multa pati/ & reprobari a principibus sacerdotū & scribis & scubis. & occidi/ & die tercio resurgere. Et fortasse ideo hoc addidit. quia sciebat dominus difficile passioni & resurrectioni etiam discipulos credituros. Et ideo passionis & resurrectionis sue assertorem se esse maluit: ut ex facto fides nō ex auditu discordia nasceret. Ergo xpus noluit gloriari/ s̄ maluit ignobilis videri ut passionez subiret et tu qui ignobilis natus es gloriuit. Nec ei⁹ agnitio/ nec ei⁹ imitatio p̄ ignobilitatē & bonā famā aus. Gadē tibi q̄ xps ambulauit gradiendū est via q̄ ipse ambula

ut gloriatus in cruce domini sicut ipse gloratus est. Sic ambulavit paulus: et ideo gloratur dicens. Michi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Sed videamus cur secundum mattheum reperiamus ammonitos discipulos: ne cui dicerent quod ipse sit christus. Adic autem scriptum sit increpatos esse: ne cui diceret quod esset multa passurus et resurrecturus. Videtis quod in uno christi nomine omnia sint. Ipse est enim christus qui natus ex virgine. Ipse est qui mirabilia fecit in populo. Ipse qui mortuus est pro peccatis nostris: et resurrexit a mortuis. Num hoc si retraxeris/retraxisti salutem tuam. Nam etiam heretici habere sibi christum videntur. Nemo enim christi nomen negat: sed negat christus qui non omnia que christi sunt confitetur. Multis igitur ex causis iubet tacere discipulos: ut fallat principem mundi: ut declinet iactantiam: doceat humilitatem. Simul ne rudes et imperfecti adhuc discipuli maxime predicationis molibus opprimantur. Nunc quia causa etiam immundos spiritus iubeat tacere consideremus. Sed et hoc nobis scriptura aperuit: quia peccatori dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas. Et ne quis dum predicantes audit sequatur errantes. Improbus enim magister est dyabolus: qui falsa vere sepe permiscet ut sub specie veritatis testimonium fraudis obtineat. Etiam illud consideremus: ut hic primum mandauerit discipulis ne cui diceret quia ipse esset christus. an vero et ante mandauerit: quoniam apostolus duodecim testificavit: denunciando illis. In vias gentium ne abieritis: et in civitates samaritanorum ne introieritis: ite autem ad oves que perierunt domus israel. Egrotos curate. leprosos mundate. demones inquit eijate. et discite quis in ea dignus sit atque ibi manete. Itaque nec hic mandatum videtur: ut christum dei filium predicarent. Ordo igitur disputationis est: ordo tractatus. Et ideo etiam nos cum aliqui ex gentibus vocant ad ecclesiam. Ita preceptorum seriem formare debemus: ut primum unum deum audorem mundi omniumque esse doceamus: in quo vivimus: et sumus: et movemur: cuius et genus sumus: ut non solum propter munera lucis et vite. Deinde etiam propter cognationem quandam generis diligendus a nobis sit. Deinde opinionem illam que est de ydolis destruamus. Et quod non posset aurum argenti que vel igni materia vim in se habere diuinam. Cum unum deum esse persuaseris tunc iudicio astrues per christum salutem datam. Incipiens ab illis que gessit in corpore et ea diuina descubens ut plus quam homo fuisse videatur. Videtis

unam virtute mortem: mortuumque ab inferis suscitatum. Paulatim enim fides crescit: ut cum super homines fuisse videatur deus esse credatur. Nam nisi probaueris quod facere illa sine diuina virtute non potuit que a se dum potest probare in eo fuisse vim diuinam. Sed fortasse nobis parum auctoritatis et fidei deferat. Lege sermonem apostoli apud athenienses habitum: qui si a primo destruere voluisset cerimonias ydolorum sermonem eius aures gentium respuissent. Ab uno igitur deo operatore mundi incipit dicens. Deus qui fecit mundum: et cuncta que sunt in eo negare non poterat. unum operatorem esse mundi: unum deum: unum omnium creatorem. Adiuuavit: eo quod celi et terre dominus in manu factis non dignetur habitare. Deinde quod aurum argenti que cassas maceuem nequaquam verisimile sit artificio hominis vim diuinitatis includi erroris remedium docens esse studium penitendi. Tunc venit ad christum: nec tamen deus maluit quam hominem nuncupare dicens. In viro qui defuit omnibus fides suscitans eum ab inferis. Qui enim tractat debet audientium ostendere personas: ne primum irideatur quod audiat. Quando enim athenienses crederent quia verbum caro factum est: et de spiritu virgo concepit: qui iridebatur: quia resurrectionem audierat mortuorum. Tamen et dyonisius auiopagites credidit: et alij crediderunt in viam ut in deum crederent. Quid interest quo quisque credat oratione: non in principijs perfecta querunt: sed de principijs ad ea que perfecta sunt perueniunt. Ergo tali athenienses informauit precepto: talis nobis apud gentes ordo seruandus est. At vero cum iudeos alloquerent apostoli: ipsum christum esse dicebant qui prophetis nobis esset promissus oculis. Quem non prius auctoritate sua dei filium nominabant: sed virum probatum. virum iustum. virum a mortuis suscitatum. Illum virum de quo dictum est in prophetis. Silius meus es tu ego hodie genui te. Ita ergo et tu ad ea que difficile creduntur: auctoritatem diuini sermonis asseras. Et promissum eius aduentum prophetarum voce designa. Resurrectionem quoque multo ante completam scripturarum testimonij edoceto: non visitatem cum ceteris atque communem: ut in ipsa suscitati corporis assertione eterne testimonium diuinitatis acquiras. Cum enim ceterorum corpora corruptionem probaueris subiisse post mortem hunc utique de quo dicitur. Non dabis sanctum tuum vivere corruptionem. Cum probas humane fragilitatis experientem: probas humane conditionis menta supgressum deo magis quam hominibus conferendum.